

VI.

Nervorum fabrica, et dispositio in variis corporis regionibus, varia.

VII.

Cavernosa penis corpora vere vascularia cum aliquibus existimamus.

VIII.

Synchondroseos ossium pubis disjunctionis exitus adeo incerti, ut Caesarianae operationi minime praeferri possit.

IX.

In aneurismatum operatione, arteriae inter vincula mediae sectio, ab aliquibus denuo proposita, inutilis.

Ex Medicis Institutionibus, atque Chirurgicis.

I.

AD humanam Physiologiam anatomes comparatae cognitio summopere utilis.

II.

Vis humanae constitutionis efficiendis ideis, moribusque instituendis minime dubia.

III.

Sensationum doctrina, morumque fortasse a Physiologia deducenda.

IV.

Causam motus cordis, quidquid post alios Cl. Hallerus, nervis cardiacis inesse certum est.

V.

Calorem animale[m] nervi moderantur.